

omnis materia morbi versus caput vertebatur, rubor faciei crescebat, tumores in gingivis utriusque lateris elevabantur, accedentibus deliriis motibusque convulsivis. Inde suavi enema antiphlogisticum, itemque medicamenta temperantia interna, nec non vesicatoria nuchae et pedibus applicavi, sed ea, cum nullum sensum excitarent, sperato omnino effectu carebant.

Ex his igitur omnibus cum luculenter intelligi posse existimemus, quod nobis hac scriptiuncula breviter tractandum sumus, nihil nunc quidem suppetit, quod confirmandi causa addendum videatur, praesertim cum libelli angustia nos impediatur, quominus plura hanc in rem exempla commemorare possimus. Itaque, abrupto orationis filo, ad id nos convertimus, quod huic prolusioni, publici iuris faciendae, occasionem praebuit. Scilicet ex decreto Collegii nostri palam commendandus est egregius summae in arte nostra dignitatis Candidatus

VIR PRAENOBILISSIMVS

ATQVE DOCTISSIMVS

BENIAMIN FERDINANDVS

Q V A A S

MEDICINAE BACCALAVREVS DIGNISSIMVS

qui per multos annos laudabili conatu in id incubuit, ut non tantum idoneam literarum bonarum notitiam sibi compararet, sed imprimis etiam medicinae cognitionem

B 2

eius-